

excludi debere, seque, ac pro tempore existentem Ministrum Generalem Ordinis supradicti, eos, etiam alias canonicos electos, juxta earumdem literarum formam, excludere posse, illos autem, qui culpabiliter dictam vitam communem non observant, & ex malitia delinquant, non solum ab officiis, & gradibus hujusmodi excludi, sed etiam poenis contra transgressores statutis puniri debere: nihilominus Dubium praefatum declarari, ac alias desuper opportune a Nobis provideri plurimum desideret: Nos ejusdem Bonaventurae Ministri Generalis votis hac in re favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ipsius Bonaventurae Ministri Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Ven: fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanae Curiae Praelatorum super disciplina Regulari specialiter a Nobis deputatorum, qui rem mature discussissent consilio, Religiosos omnes praefati Ordinis, qui vitam communem observant in praesentis Innocentii Praedecessoris literis praescriptam vere, & cum effectu sequi non solent, etiam si id ex infirmitate, seu alia quavis necessitate, & absque ipsorum culpa accidat, in Praelatos, seu Superiores ejusdem Ordinis eligi non posse, eorumque electionem, si quando fiat, tamen si alias Canonica foret a Praelato, sive Superiore Generali dicti Ordinis, servata quoad hoc eorum literarum forma, irritandam esse. Illos vero, qui in praedictis observantiae communibus exercitiis, seu in eorum aliquo culpabiliter deficere consueverunt, non modo, ut supra ineligibiles esse, sed insuper poenis Constitutionum ipsius Ordinis subjacere, auctoritate Apostolica tenore praesentium, declaramus, ac etiam statuimus, & ordinamus.

Preces d. Ministri Gen.

Declaratio praed. pro parte negativa.

Clausula.

§.2. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritam, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quae in praesentibus Innocentii Praedecessoris literis concessa sunt non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die 11. Julii MDCXCV. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

C VIII.

Statuitur, ut Collegium S. Isidori de Urbe Provinciae Hiberniae Fratrum Minorum S. Francisci Recollectorum regatur juxta Constitutionem Urb. VIII., & ejus statuta.

Dat. 20. Julii 1695. An. 5.

Urb. VIII. Constitutio edita fuit 1625, Novem. 20, P. 3. Hujus Pontificis Const. ed. 1693, Aug. 15, P. 3. extant statuta pro tribus Canonibus in Batica, & Clem. XI. Const. ed. 1705, Mar. 12, P. 5. agitur de Procuratore Generali Ultram.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prospero, felicitique regimini, & gubernio Collegii S. Isidori de Urbe Fratrum Provinciae Hiberniae Ordinis Minorum S. Francisci strictioris observantiae, seu Recollectorum nuncupatorum, quantum cum Domino possumus consulere, ac dilectum filium Bonaventuram, Poerium Ministrum Generalem dicti Ordinis specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes eumque a quibusvis excommunicationis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejusdem Bonaventurae Ministri Generalis nomine nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, ut de cetero Collegium praedictum exacte, & precise juxta dispositionem Constitutionis fel. recordationis Urbani PP. VIII. super erectione Collegii hujusmodi emanatae necnon statutorum in limine ejus fundationis editorum regi, & gubernari debeat, auctoritate Apostolica tenore praesentium perpetuo statuimus, praecipimus, & ordinamus. Praeterea omnia, & singula circa memoratum Collegium tam a Nobis, & Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris, quam a quibusvis S. R. E. Cardinalium Congregationibus, ac ipsius Ordinis Superioribus hactenus quoquo modo contra formam Constitutionis, ac statutorum hujusmodi forsitan ordinata, decreta, seu concessa, auctoritate, & tenore praedictis, quoad ea, quae Constitutioni, ac statutis praedictis adversantur, itidem perpetuo revocamus, annullamus, cassamus, abrogamus, & abolimus.

Causa hujus Constitut.

Preces Ministri Gen.

Statuti praed. una cum revocatione Constitutionis, vel Decretorum contrarium

Clausula.

§.1. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.2. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quae in praesentibus Innocentii Praedecessoris literis concessa sunt non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

tutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Collegii, ac Provinciae, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die XX. Julii MDCXCV. Pontificatus nostri Anno Quinto.

C IX.

Dat. 23. Julii 1695. An. 5.

Confirmantur Hospitali, seu Ord. Militari Crucigerorum cum rubea stella privilegia a nonnullis Pontificibus concessa.

Horum Pontificum Constitutiones infra referuntur, & sunt Greg. IX. Const. edita Apr. 24, Pont. 12. Inn. IV. Const. edita Oct. 8, 13. Alex. IV. Const. ed. Jun. 20, P. 2. Et Bened. XII. Constitut. edita Jun. 20, P. 4. Clem. vero XI. Const. ed. 1705, Augusti 28, P. 6. conceditur Indulgentia in die Exaltationis S. Crucis.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Catholicae Ecclesiae regimini per ineffabilem divinae bonitatis abundantiam nullo licet meritorum nostrorum suffragio praesidentes, quae a Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris ad favorem Militiarum, & Hospitalium quorumcumque in Ecclesia Dei pie, sancteque creatorum, & Institutorum, ac personarum in eis Altissimo famulantium provide emanasse noscuntur, ut firma, atque illibata persistant, Apostolici muniminis nostri patrocinio, cum id a Nobis petitur libenter corroboramus, & alias desuper disponimus, sicut matura deliberatione adhibita ad Omnipotentis Dei gloriam, & pro more operum incrementum arbitramur in Domino salubriter expedire.

Referuntur Privilegia praed. concessa, & confirmata.

§.1. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt dilecti filii Magnus Magister, Praeceptores, seu Commendatarii alique Fratres Hospitalis, seu Ordinis Militaris Crucigerorum cum rubea stella per Bohemiam, Silegiam, Moraviam, & Poloniam existent. sub Regula Sancti Augustini, quod dudum postquam fel. rec. Gregorius PP. IX. Praedecessor noster Hospitali praedictum, illiusque bona in jus, & proprietatem Beati Petri Apostolorum Principis, ac sub sua, & Apostolica Sedis protectione susceperat, necnon ipso Hospitali, ejusque personis varia privilegia, exemptiones, immunitates, facultates, gratias & Indulta concesserat re. mem. Innocentius IV. Alexander IV., & Benedictus XII. Romani Pontifices, etiam Praedecessores nostri eisdem Hospitali, & personis alia similiter privilegia concesserunt, seu jam concessa confirmarunt, & approbarunt, prout continetur in eorundem.

Gregorii, Innocentii, Alexandri, & Benedicti Praedecessorum literis sub Plumbo desuper emanatis tenoris sequentis videlicet: GREGORIUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Magistro Hospitalis S. Francisci Pragensis, ejusque Fratribus tam praesentibus, quam futuris Regularem vitam professis in perpetuam memoriam. Omnipotens Deus, qui alto Providentiae suae consilio cuncta disponit cor, & animam dilectae in Christo filiae Agnetis fororis charissimi in Christo filii nostri Illustris Regis Boemiae tanto charitatis igne succendit, ut in Monasterio Sancti Francisci Pauperum Monialium inclusarum Pragen. Christo se ipsam in odorem suavitatis offerret, & pietatis, ac compassionis intuitu ad opus Infirmorum, & Pauperum, Hospitali, in quo Divino estis obsequio mancipati, fecerit, & dotavit. Nos igitur prosequentes Sanctum ejus propositum, & Apostolico patrocinio consoventes, ad preces ipsius, Hospitali praedictum situm in fundo, quem praefatus Rex Ecclesiae Romanae concessit, & tam idem, quam Ven. Frater noster Pragensis Episcopus plenarie libertati donavit, sicut in eorum literis ad Nos transmissis perpeximus contineri, in jus, & proprietatem Beati Petri, ac sub nostra, & Apostolica Sedis protectione suscipimus, praesentis scripti Privilegio communimus. In primis siquidem statuantes, ut Ordo Canonicus, qui secundum Deum, & Beati Augustini regulam, in eodem Hospitali de mandato nostro institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quaecumque possessiones, quaecumque bona idem Hospitali in praesentiarum iuste, ac canonice possident aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, ac Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praesente Domino poterit adipisci; firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocalibus, locum ipsum, in quo praefatum Hospitali situm est, cum omnibus pertinentiis suis villam Hlupetum cum omnibus Villis ad eam pertinentibus, videlicet Humenez, & Hydolitz, Villam Borotitz cum omnibus Villis ad ipsam pertinentibus, videlicet Supanovic, & Drahotessic, Villam Ribinik cum suis pertinentiis, Villam Rokstfze cum omnibus pertinentiis suis, & alias possessiones vestras, cum Pratis, Vineis, Terris, nemoribus, retragiis, & pascuis in Boske, & plano, in aquis, & Molendinis, in viis, & semitis, & omnibus libertatibus, & immunitatibus suis. Sane Novalium vestrorum, quae propriis manibus, aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de Hortis, virgultis, & piscationibus vestris, seu de vestrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis Decimas exigere, vel extorquere praesumat. Liceat quoque vobis personas liberas, & absolutas et saeculo fugientes ad conversionem recipere, & eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum, post factam in eodem loco professionem, fas sit de loco ipso, nisi auctoris Religionis obtentu discedere, discedentem vero absque communium literarum vestrarum cautione nullas audeat retinere. Cum autem generale Interdictum Terrae fuerit, liceat vobis clausis Januis, excommunicatis, & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, suppressa

Constitutio Greg. IX. qua d. Hospitali concessa fuisse plura privilegia, numerum.

Circa temporalia tria.

Circa spiritualia.

clesias Presbyterorum Missionariorum Societatis hujusmodi in illis partibus degentium visitan...

Translatio prae-dicti festum S. in diem feriatarum cadat.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscat. die XXX. Julii MDCXCV. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CXI.

Dat. 6. Aug. 1695. An. 5.

Dividitur Provincia Sardiniae FF. Capuccinorum in duas.

Inn. XI. Const. ed: 1677, Nov. 7, P. 1. extat alia divisio Provincia. Et Constit. ed: 1679, Feb. 10, P. 3. erectio nova Provincia. Clem: vero XI Constit. ed: 1704, Mar. 1, P. 4. item divisio Provincia.

INNOCENTIUS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Causa Divisionis.

PRO parte Charissimi in Christo Filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici Nobis nuper exponi fecit dilectus Filius Nobilis Vir modernus Dux de Medina Caeli ejusdem Caroli Regis apud Nos, & Sedem Apostolicam Orator...

Proces Regis Catholici.

§.1. Nos igitur pius ejusdem Caroli Regis vo-

tis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, qui dilectos Filios Procuratorem, & Diffinitores Generales praedicti Ordinis audiverunt, consilio, & attento, quod pro hoc ipso instant etiam dilecti Filii Ministri Provincialis, & Custodes Provinciae supradictae, petitam facultatem dividendi eandem Provinciam auctoritate Apostolica tenore praesentium concedimus, & impartimur; salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

Divisio d. Provinciae in duas

§.2. Decernentes easdem Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

§.3. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon praedictorum Ordinis, & Provinciae, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die VI. Aug. MDCXCVI. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CXI.

Dat. 14. Aug. 1695. An. 5.

Confirmatur Decretum Congregationis particularis circa vocem Custodum, & Exministratorum Provincialium FF. Capuccinorum in Regnis Hispaniarum, Sardiniae, & Majoricae in Diffinitoriis Provincialibus.

Const. ed: 1693, Mar. 29, P. 2. abrogati fuere Discreti. Et Const. ed: 1693, Sep. 12, P. 3. subrogati fuere Custodes, & Exministrii. Clem: vero XI Constit. ed: 1701, Aug. 28, P. 1. abrogantur Discreti in Provincia Handrubelgia.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

NUper per Congregationem nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium a Nobis particulariter deputatorum accepto, quod ex abolitione Discretorum Conventualium olim eligi consuetorum pro Capitulis Provincialibus Provinciarum in Regis Hispaniarum existentium, necnon Sardiniae, & Ma-

Causa Discreti.

Majoricae Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum, necnon ex subrogatione eorum loco Custodum, & Exministratorum Provincialium immediatorum, ipsarum Provinciarum, quas Nos non ita pridem de Congregationis hujusmodi consilio per quasdam nostras in simili forma Brevis Literas feceramus, ortum fuerat dubium: an Custodes, & Exministri Provinciales hujusmodi votum habere deberent in Diffinitoriis earumdem Provinciarum, vel potius in solis functionibus Capitularibus, pro declaratione dubii hujusmodi emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet = Sacra Congregatio particularis Eminentissimorum, & Reverendissimorum Dominorum Cardinalium per Sanctissimum Dominum Nostrum deputata, censuit, ac declaravit, Custodes, & Exministros Provinciales immediatos vigore Brevium, de quibus agitur, non habere vocem in Diffinitoriis Provincialibus, sed solum in Capitulis: ac propterea injungendum Nuncio Apostolico Hispaniarum, quatenus ita exequi curet. Romae 24. Martii 1695. = G. Cardinalis Carpineus = A. Altutus Secretarius.

Decretum d. Congregationis.

Proces Regis Catholici.

Confirmatio relati Decreti.

Clausula.

§.1. Cum autem, sicut pro parte Charissimi in Christo Filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, per dilectum Filium Nobilem Virum modernum Ducem de Medina Caeli ipsius Caroli Regis apud Nos, & Sedem Apostolicam Oratorem Nobis subinde expositum fuit, idem Carolus Rex praemissa, quo firmius subsistant, & ferventur exactius, Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiri summopere desideret: Nos piis dicti Caroli Regis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, supplicationibus ejusdem Caroli Regis Nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum praesentem, auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§.2. Decernentes easdem praesentes Literas semper firmas validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Quocirca Venerabili Fratri Friderico Archiepiscopo Mediolanen. moderno, & pro tempore existenti Nostro, & Apostolicae Sedis in Regnis Hispaniarum hujusmodi Nuncio praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipse per se, vel alium, seu alios ipsas praesentes Literas, & in eis contenta quaecumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte interesse in praemissis habentium, seu alicujus eorum desuper fuerit requisitus, solemniter publicis illisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistens, faciat auctoritate Nostra illos, & eorum quemlibet praesentium Literarum, & in eis

contentorum eorumdem commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere, non permittens illos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles per Sententias, Censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habent. servatis Processibus, Censuras, & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio Brachii Secularis.

§.4. Non obstantibus praemissis, ac fel. rec. Bonifacii Papae VIII. praedecessoris Nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore praesentium in Judicium non trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Provinciarum, & Ordinis hujusmodi, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, tam in Judicio quam extra illud, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIV. Augusti MDCXCV. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CXIII.

Dat. 18. Aug. 1695. An. 5.

Conceditur Indulgentia Plen. perp. visitantibus Ecclesiam S. Francisci FF. Min. Conventualium Civitatis Assisic.

Alexand. VIII Const. ed: 1690, Jan. 20, P. 1. extat alia Indulgentia. Et Clem: XI Const. ed: 1716, Jul. 29, P. 16.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

COMMissa nobis a Dom. Nostro Jesu Christo dispensationis ratio exigit, ut caelestium munerum Thesaurus ad augendam in Terris Sanctorum in Caelis regnantium venerationem fovendamque, & invitandam erga illos fidelium devotionem, fideli prudentia, quantum Nobis ex alto conceditur, erogare studeamus. Itaque eximia, omnique humanae laudis praconium longe supergressa Sancti Francisci Confessoris, qui terrenis omnibus despectis, caelestis gratiae benedictione repletus, innumeris mirabilium virtutum exemplis Sanctam Dei Ecclesiam illustravit, & hominum corda eo, quo

Exordium.

Causa concessionis.

sa voce, Divina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdito. Pro consecrationibus vero Altarium, sive pro Oleo Sancto, vel alio Ecclesiastico Sacramento nullus a vobis sub obtentu consuetudinis, vel alio modo quidquam audeat extorquere, sed hac omnia gratis vobis auctoritate nostra Episcopus Diocesanus impendat. Alioquin liceat vobis hac eadem auctoritate recipere a quoquam malueritis Catholico Antifite, gratiam, & Communionem Sedis Apostolicæ obtinente. Quia vero interdum Diocesani Episcopi copiam non habent, si quem Episcopum Romanæ Sedis, ut diximus, gratiam, & communionem habentem, & de quo plenam, notitiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictiones votorum, & vestium, consecrationes Altarium, seu Basilicarum, Ordinationes Clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi recipere valeatis. Obvante vero Te tunc ejusdem Hospitalis Magistro, nullus ibi, qualibet subreptionis astutia, seu violentia preponatur, nisi quem Fratres communi consensu, vel Fratrum major pars Consilii Senioris secundum Deum, & Beati Augustini Regulam providerint eligendum. Libertates præterea, & immunitates concessas vobis a Rege, Episcopo, & Capitulo supradictis auctoritate Apostolica confirmantes, nihilominus inhibemus, ne quis Archiepiscopus, Episcopus, vel Prælati alius in Hospitali prædictum, vel Regulares personas inibi Domino famulantes, excommunicationis, suspensionis, vel interditi sententiam audeat promulgare, quam contra prohibitionem hujusmodi prolatam decernimus non tenere. Paci quoque, & tranquillitati vestre paterna impertetur sollicitudine providere volentes auctoritate Apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum vestrorum, nullus rapinam, seu furtum, facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Hospitali temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel oblatas retinere, minuire, seu quibilibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicæ auctoritate. Ad indicium autem hujus perceptæ a Sede Apostolica libertatis, unum Bisantium. Nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvatis. Si quæ igitur in futurum Ecclesiastica, secularisque persona hanc nostræ Constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, primo, secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui careat dignitate, reamque se Divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & Sano Corpore, & Sanguine Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtè subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus, & hinc fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. **GREGORIUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei.** Dilectis filiis Magistro, & Fratribus Hospitalis S. Francisci Pragen. Salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum a Nobis petitur, quod justum est,

Circa libertates, & immunitates.

Census unius Bizantii, seu Florenti S. Sedi persolvendus.

Constitutio altera Gregor. qua confirmatur hæc libertas, & immunitates.

& honestum tam vigor aequitatis, quam Ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Quia propter dilecti in Domino filii vestri iustis postulationibus grato concurrentes assensu libertates, & Immunitates secularium exactio-num a charissimo in Christo filio nostro Illustri Rege Boemiæ Hospitali vestro pro liberalitate concessas, sicut eas iuste, ac pacifice obtinetis, Vobis, & per vos eidem Hospitali, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communiimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Laterani VIII. Kal. Maji Pontificatus nostri Anno XII. **INNOCENTIUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei.** Vener. Fratri Episcopo Prageni, Salutem, & Apostolicam benedictionem: Precibus dilectæ in Christo filie Agnetis Sororis Monasterii S. Francisci Ordinis S. Damiani Pragen. de cujus bonis Hospitali ipsius Monasterii immediate ad Apostolicam Sedem pertinentem constructum dignoscitur, benignum impertientes assensum, Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus Magistro, & Fratribus ejusdem Hospitalis, si expedire videris, deferendi signum congruum, quod tibi videbitur, concedas, auctoritate nostra liberam facultatem, contradic-tiones per censuram Ecclesiasticam, appellatio-ne postposita compe-scendo. Datum Eugdunii sexto Idus Octobris Pontif. nostri Anno Octavo. **ALEXANDER EPISCOPUS, Servus Servorum Dei.** Dilectis filiis Priori, & Fratribus Hospitalis S. Francisci Pragen. Ordinis S. Augustini ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod justum est, & honestum, tam vigor aequitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Cum itaque sicut exhibita nobis vestra petitio continebat, Venerab. Frater noster Pragen. Episcopus auctoritate literarum, fel. rec. Innocentii PP. prædecessoris nostri vobis signum Crucis, & Stellæ duxerit concedendum. Nos vestris supplicationibus inclinati, quod ab eodem Episcopo provide factum est, ratum habentes, & gratum, id auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communiimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Anagnini 12. Kal. Julii Pontificatus nostri Anno Secundo. **BENEDICTUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei.** Dilectis filiis Magistro, Priori, & Fratribus Hospitalis S. Francisci in Pede Pontis Pragen. ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis per Magistrum, & Priorem soliti gubernari, Ordinis Cruciferorum cum stella Salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum a Nobis petitur, quod justum est, & honestum, tam vigor aequitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum.

Constitutio Inn. IV, qua concessa fuit facultas deferendi signum congruum.

Constitutio Alex. IV, qua confirmatum fuit concessum signum.

Constitutio Ben. XII, qua confirmata fuit Privilegia, Libertates, Immunitates, & Indulgentia.

Etiam. Ea propter dilecti in Domino filii vestri iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & Immunitates a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per Privilegia, sive alias Indulgentias vobis, & Hospitali vestro concessas, necnon libertates, & exemptiones secularium exactio-num a Regibus, & Principibus, & aliis Christianidelibus rationabiliter vobis indultas, sicut eas iuste, & pacifice obtinetis, vobis, & per vos eidem Hospitali auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communiimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Avenione 12. Kal. Julii Pontificatus nostri Anno Quarto. **§.2.** Cum autem sicut eadem expositio sub-jungebat, census unius Bizantis, seu unius Florenti auri Hungarici Apostolicæ Sedi prædictæ juxta priores Gregorii prædecessoris Literas præsertas ad indicium perceptæ a dicta Sede libertatis annis singulis, sicut præmittitur persolvendus ab anno 1515. propter hæresum calamitates, aliaque adversa, quæ in illis partibus contigerunt, solutus non fuerit; ipsi vero exponentes vereantur, ne ea de causa concessas sibi ab eadem Sede gratias supradictas amiserint, ac propterea opportune tibi in præmissis a Nobis providere, & ut infra indulgeri summo opere desiderent: Nos specialem eisdem Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interditi, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, omnia, & singula, privilegia, exemptiones, immunitates, facultates, gratias, & Indulta Hospitali prædicto, ejusque personis, a memoratis Gregorio, Innocentio, Alexandro, & Benedicto prædecessoribus per eorum præsertas literas concessa, ipsaque literas cum omnibus, & singulis in eis contentis auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor, & efficaciam adjicimus. Præterea eisdem Exponentibus terminos census prædicti per eos, ut præfertur, debiti hætenus decursos, & non solutos, auctoritate, & tenore prædictis gratiose remittimus, & condonamus, & ita tamen ut in futurum eundem censum solvant, alioquin, præfens gratia nulla sit. **§.3.** Decernentes eadem presentes Literas semper firmas validas, & efficaces existere, & fore, sitosque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sique in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apo-

Preces Fratrum Hospitalis pro confirmatione præd. ob censum S. Sedi non solutum.

Confirmatio relatarij Constitutionum, cum revisione census non soluti, dummodo is in futurum persolvatur.

Clausula.

lici Auditores, ac ejusdem S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis prædictæ Nuncios, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. **§.4.** Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit dicti Hospitalis, aliisve quibusvis, etiam Juramento, confirmatione, Apostolica, vel quavis firmitate, alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum, insertis habentes; illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. **§.5.** Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem proflus fides ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscat. die XXIII. Julii MDCXCV. Pontificatus nostri Anno Quinto. **C X.** **Transfertur Indulgentia Plen: perpetua in Festo S. Ignatii ad diem Dominicum pro Ecclesiis Millionariorum Societatis Jesu in Insula Martiniica.** **Ab Alex. VIII concessa fuit alia Indulgentia Constit. ed. 1690, Mar: 30, P. 1. Et a Bened. XIII alia conceduntur Const. ed. 1726, Sep: 23, P. 3.** **INNOCENTIUS PAPA XII.** **Ad perpetuam rei memoriam.** **A**lias fel. rec. Gregorius PP. XV. prædecessor noster volens omnes, & singulas Ecclesias Presbyterorum Societatis Jesu ubique existent. aliquo speciali munere illustrare, auctoritate sibi a Domino tradita, omnibus utriusque sexus Christianidelibus vere poenitentibus, & confessis, ac Sacra Communione receptis, qui aliquam ex Ecclesiis dictæ Societatis ubique existent. die Festo Sancti Ignatii ultima Julii celebrari solito a primis Vesperis usque ad occasum solis festi hujusmodi singulis annis devote visitassent, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione piæ ad Deum preces effudissent, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino perpetuo concessit, prout in ipsis Gregorii prædecessoris Literis desuper in simili forma Brevis confectis plenius dicitur contineri. **§.1.** Cum autem sicut dilectus filius Procurator Generalis dictæ Societatis Nobis nuper exposuisset, commodius sit Christianidelibus Insule Martiniicæ in America Meridionali site ad Ec-clesias

Dat. 30. Julii 1695. An. 5.

Hæc Indulgentia in festo S. Ignatii concessa fuit a Gregor. XV.

Preces Procuratoris Gen. pro translatione Indulgentiæ ad Dominicum inter octavam dicti Sancti.

quo ipse ardentissime flagrabat, charitatis igne succendit, merita, pio, devotoque animi affectu recolentes, necnon spirituali Christianifidelium ad Ecclesiam ipsius Sancti Francisci Domus Fratrum Ordinis Minorum ejusdem S. Francisci Conventualium nuncupat. Civitatis Assisien., in qua Sacrum ejus Corpus requiescit, assidue (ut accepimus) ex universis Christiani Orbis partibus devotionis causa confluentium consolationi, atque animarum saluti, quantum cum Domino possumus benigne consulere cupientes, ac de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christianifidelibus, ad Ecclesiam supradictam, sicut pramittitur confluentibus, qui illam vere poenitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, in quocumque anni die devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, haresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Presentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Concessio d. Indulgentia.

Clausula.

§.1. Volumus autem, ut earumdem presentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quae ipsis presentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostense.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVIII. Augusti MDCXCV. Pontificatus nostri Anno Quinto.

Dat. 18. Aug. 1695. An. 5.

CXIV.

Conceditur Indulgentia Plenaria perp. Visitantibus Ecclesiam S. Mariae Angelorum Fratrum Minor. S. Francisci de Observantia Civitatis Assisien.

Aliae Indulgentiae concessae fuerunt Const. ed. 1692, Decem. 24, P. 2., & Clem. XI. Constit. ed. 1701, Sep. 14, P. 1.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Redemptoris, & Domini Nostri Jesu Christi vices, licet immeriti, gerentes in Terris Caelestium munerum Thesauros, quorum dispensationem humilitati nostrae commisit Deus fidei, prudentique liberalitate, libenter erogamus, sicut pia sublimium Principum praeclearis in Ecclesiam Dei meritis fulgentium, ac Religiosorum Virorum propriae, alienaque saluti laudabiliter incumbentium vota postulant, & nos ad augendam, fovendamque fidelium pietatem profuturum in Domino arbitramur.

Causa Concessio.

§.1. Itaque spirituali Christianifidelium ad Ecclesiam S. Mariae Angelorum nuncupat. Domus Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum prope, & extramuros Civitatis Assisien. assidue, (ut accepimus) ex universis Christiani Orbis partibus devotio-

nis causa confluentium consolationi, atque animarum saluti, quantum cum Domino possumus, benigne consulere, necnon dilecti filii Bonaventurae Poetri Ministri Generalis dicti Ordinis supplicationibus etiam totius Ordinis praedicti nomine nobis super hoc humiliter porrectis, quibus pie atque enixe plurimum orthodoxorum Principum preces, in id ipsum tendentes accedere, favorabilem assensum praeberere cupientes, ac de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus utriusque sexus Christianifidelibus ad Ecclesiam supradictam, sicut pramittitur confluentibus, qui illam vere poenitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, in quocumque anni die devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, haresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Presentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Concessio praed. Indulgentia.

Clausula.

§.3. Volumus autem, ut earumdem presentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quae ipsis presentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostense.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVIII. Aug. MDCXCV. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CXV.

Reservatur Summo Pontifici electio Votantium Signaturae Justitiae, eisque conceduntur Rocchettum, & Cappa Magna.

Dat. 30. Aug. 1695. An. 5.

Ob eandem rationem haec, & aliae duae Constitutiones editae fuerunt, nimirum de revocatione Tribunalium particularium an. 1692, Sep. 17, P. 2, contra venalitatem Officiorum Camerae an. 1692, Oct. 23, P. 2. Collegium Referendariorum, & Votantium institutum fuit ab Alex. VII. Constit. ed. 1659, Jun. 13. Hujus Pontificis Const. ed. 1699, Jan. 30, P. 9 confirmatur Constitutio de datis, & acceptis pro gratia, vel Justitia. Et Bened. XIII Const. ed. 1727, Jul. 12. P. 4 de Votantibus conceditur galeri redimiculum coloris Violacei.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Inter gravissimas, & multiplices curas, quibus ex debito Pastoralis Officii humilitati nostrae divinitus crediti incessanter urgemur, in illam peculiaribus studiis intendimus, per quam administratio Justitiae nedum ab absurdis, quae irrepperant, vindicetur, sed in meliorem formam redacta, exactiori ordini restituta, ac Judicibus majori tum virtutis, tum honoris prerogativa decoratis commissa, in dies magis, magisque resurgat.

Epilogus Constit. de Refec. matione Tribunalis Urbis.

§.1. Hujus considerationis intuitu, cum alias particularem Congregationem nonnullorum dilectorum filiorum Romanae Curiae Praelatorum super abusu, praesertim Judicialium reformatione deputaverimus quamplura ab eadem Congregatione desuper edita, & impressa Decreta oretenus approbavimus, necnon de ejusdem Congregationis consilio nostris Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo quinto decimo Kalendas Octobris sub plumbo expeditis Literis particularia Almae Urbis nostrae Tribunalia ex privilegio constituta suppressimus, & abrogavimus, eademque privilegia, & Tribunalia ad Jus commune, & Judices Ordinarios memoratae Curiae reduximus. Et ulterius ut officia Causarum Curiae Camerae Apostolicae Generalis Auditoris, necnon ejusdem Camerae Theaurarii Generalis duodecim Clericorum, & Praesidentis quae prius mediante pretio ad vitam concedi consueverant, in posterum ad nostrum, & Romani Pontificis pro tempore existentis, & Sedis Apostolicae beneplacitum viris vite, & morum integritate praestantibus, literarum scientia praeditis, rerumque humanarum experientia insignibus ad majorem Dei gloriam, ejusdem Romanae Curiae, & Praelaturae decorem, necnon virtutis incitamentum, & praemium gratis, & nullo recepto pretio concederentur per alias similes nostras eodem anno decimo Kalendas Novembris expeditis Literis, praefatorum officiorum venalitatem suppressimus, extinguiimus, removimus, & abolevimus. Et insuper ex tuac etiam ad nostrum Signaturae Referendariorum Collegium, quod alias se. rec. Alexan. PP. VII. Praedecessor noster in suis similibus Literis sub Dat. videlicet anno ejusdem Incarnationis millesimo sexcentesimo quinquagesimo nono Idibus Junii inter cetera erexit, & instituit, ac ex duodecim Signaturae Justitiae Votantibus sub eorum capite, & moderatore ejusdem Signaturae pro tempore existente Praefecto representari voluit, mentis nostrae aciem convertentes, & ut ad praefatum Collegium viri similiter dignissimi quoad fieri posset semper admitterentur, cupientes, consideravimus, quod licet idem Alexander Praedecessor in praefatis suis Literis hujusmodi Votantes de corpore, & numero dilectorum Referendariorum eligendos esse statuisset, nulla facta mentione, an eligendi essent Priores, seu antiquiores Referendarii, diuturnus tamen usus ante, & post easdem literas invaluerat, in Votantes praefatos assumendi, seu eligendi dictos Priores, seu Antiquiores Referendarios. Quo circa Nos virtutis praestantiam non in sola muneris prioritate, seu antiquitate consistere, & aliquando posteriores in Officio Prioribus doctiores, & aptiores existere, dependentes, & propterea antiquitatis rationem nonnisi ceteris paribus habendam esse volentes Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine ex tunc memoratum Collegium deinceps fore mere, simpliciter, & dumtaxat electivum, nec in ejusmodi Votantium electione, seu assumptione muneris, vel officii Referendarii prioritatem fore amplius attendendam, sed Votantes hujusmodi ad nostram, & pro tempore existentis Romani Pontificis electionem, & providam deliberationem, habito ad virtutis prerogativam, & meritum excellentiam respectu eligendos, & assumendos

esse statuimus, decrevimus, & declaravimus, & pro majori hujusmodi Statuti, Decreti, & declarationis firmitate, ac prompta, & opportuna executione antiquum, seu tunc existens Signaturae Justitiae Votantium Collegium penitus, & omnino suppressimus, ac extinguiimus, novumque partim ex tunc noviter assumptis Votantibus pietate, doctrina, prudentia, & rerum usu praestantioribus, Collegium hujusmodi, cum omnibus, & singulis eidem Collegio quomodolibet concessis, seu competentibus juribus, facultatibus, prerogativis, praeminentiis, & privilegiis creximus, & constituimus.

Epilogus Constit. contra Venalitatem Officiorum Camerae.

Epilogus Constit. de Collegio Referendariorum Signaturae, & Votantibus Signaturae Justitiae.

Abusus in electione dilectorum Votantium.

Motu proprio ab hoc Pontifice declaratum fuit electionem & Collegium nec non electionem Votantium.

§.2. Cum autem super praemissis Literis Apostolicae adhuc confectae non fuerint, & memoratam praefati Collegii renovationem, seu reformationem, cujus exactam rationem in vacationibus, & electionibus respective interim subsequutis habuimus, administrationi Justitiae valde proficuum, & decori ejusdem Collegii admodum consentaneam, trium pene annorum experientia edocti fuerimus: Hinc motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, etiam tenore praesentium praemissa plenissime, & amplissime approbamus, confirmamus, & innovamus, illisque perpetuae inviolabilis firmitatis robar adjicimus: Et nihilominus omnia, & singula praemissa iterum, & ex integro, etiam harum serie statuimus, decernimus, & declaramus, ac in omnibus, & per omnia perpetuis futuris temporibus invariabiliter, & inconcussae observari volumus, & mandamus.

Causa hujus Constitut.

§.3. Praeterea ad praefatum hujusmodi Signaturae Justitiae Votantium Collegium, necnon ad laudabilia probitatis, & virtutum dilectorum filiorum modernorum Votantium hujusmodi merita paternae dirigentes considerationis intuitum, ac benigne perpendentes quantum decoris ex praefato Collegio Romanae Curiae, quantumque utilitatis ex sedulo illorum labore Justitiae administrationi proveniat, eosque proinde, ac illorum successores, ut alacris fidei, operam, industriam, & sedulitatem in tanti muneris exercitio adhibere studeant, aliqua majoris honorificentiae accessione decorare, ampliorisque favore gratiae proficere volentes, ut ipsorum Modernorum Votantium singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententis, Censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, motu, scientia deliberatione, & potestatis plenitudine similibus praefatis Modernis, & pro tempore perpetuo existentibus Signaturae Justitiae Votantibus, ut de cetero in omnibus, singulis, & quibuscumque Congregationibus, Sessionibus, Processionibus, Pompis, Consiliis, & Functionibus, negociis, ceterisque actibus publicis, & privatis, &c. coram Nobis, & pro tempore existentibus Romanis Pontificibus Successoribus nostris Rocchettum in praefata Romana Curia palam deferre, & gestare, illoque induti publice incedere, & comparere, necnon Cappas Magnas, quibus iidem Votantes in Cappella Nostra utuntur; similiter quando Causarum commissionibus, aliisque resolutionibus in Signaturae Justitiae congressu collegialiter

Confirmatio, & innovatio praedictorum in motu proprio facta.

Concessio Rocchetti, & Cappae Magnae dd. Votantibus motu proprio facta.

assunt, etiam deferre, & gestare libere, & licite possint, & valeant, eorumdem tenore presentium perpetuo concedimus, & indulgemus.

Chasula.

§.4. Decernentes easdem presentes Literas etiam ex eo quod antiqui, seu tunc existentes votantes veteri, seu ut praefertur tunc suppressi Signaturae Iustitiae Votantium Collegii, ac alii quicumque, etiam speciali nota digni in praemissis quomodolibet Jus, vel interesse habentes seu habere praetendentes iisdem praemissis non consenserint, aut vocati, seu auditi non fuerint, aliaque quavis de causa quantumvis legitima, & juridica, de illo subreptionis, vel o-reptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel interesse habentium consensus, alioque quocumque defectu, notari, impugnari redargui, retractari, in jus, vel controversiam revocari, ad terminos Juris reduci, seu adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quocumque juris facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse, minusque sub similibus, vel dissimilibus gratiarum moderationibus, limitationibus, revocationibus, & quibuscumque aliis contrariis dispositionibus per quoscumque Romanos Pontifices Successores nostros, & Sedem praedictam etiam motu, scientia, & deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, ac etiam consistorialiter, & alias quomodolibet pro tempore factis, & faciendis comprehendere, sed semper ab illis exceptas, & quoties illae emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac etiam sub posteriori data quodcumque eligenda de novo concessas, semperque validas, firmas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, ac dictis Signaturae Iustitiae Votantibus suffragari, & ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter observari: Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, quavis auctoritate, praesentia, aut potestate fungentes, & functuros nunc, & pro tempore existentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & definiri debere; ac irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit nostra, & Cancellariae Apostolicae Regula de iure quaesito non tollendo, & aliis quibuscumque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibusvis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, necnon praedicta, aliisque quibuscumque quantumvis antiquissimis, & immemorabilibus consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, & Literis Apostolicis ad favorem utriusque, vel alterius Signaturae nostrae Referendariorum, vel Votantium, seu eorum, & quorumcumque Collegiorum, vel Tribunalium, etiam speciali nota dignorum, sub quibuscumque tenoribus, &

formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & Decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & de potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet per Praedecessores nostros Romanos Pontifices concessis, innovatis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, vel insererentur, iisdem praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, ad effectum praesentium, illis alias in suo robore permanentibus, harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum approbationis, confirmationis, innovationis, Statuti, Decretorum, Declarationis, voluntatis, mandati, absolutio-nis, concessionum, Indulti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo nonagesimo quinto, tertio decimo Kalen. Augusti Pontificatus nostri Anno Quinto.

CXVI.

Confirmatur Decretum Ministri Generalis FF. Min. S. Francisci Reform. de electione Guardianorum, aliorumque Officialium, necnon familiarium pro Cœnobii recollectorum Provinciae Romanae.

Dat. 12. Sept. 1697. An. 5.

Inn. XI Const. edit. 1685, Apr. 16, P. 9 agit de electione Officialium in Hispania. Et Clem. XI Const. edit. 1705, Mar. 12, P. 5 de Procuratore Gener.

INNOCENTIUS PP. XII.

Ad futuram rei memor.

Alias pro parte dilectorum filiorum Guardiani, & Discretorum Conventus S. Bonaventurae de Urbe Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum nobis exposito, quod cum apud eos in more positum reperiretur, ut pro tempore existens Guardianus dicti Conventus tamquam praefati, & aliorum Provinciae Romanae dicti Ordinis pro Recollectione, seu secessu Fratrum Reformatorum Ordinis huiusmodi assignatorum Conventuum Director, singulis annis occasione celebrationis Capituli Provincialis, seu Congregationis dictae Provinciae duos, aut tres Religiosos pro quolibet Conventuum huiusmodi Diffinitorio ejusdem Provinciae praesentaret, & ex iis unus arbitrio ipsius Diffinitorii

Mos invaluerat, ut Guardianus S. Bonaventurae fo- lium Guardiani, aliorumque Officialium, necnon familiarium Diffinitorio praesentaret.

Decretum Ministri Generalis confirmans praed. morem cum aliqua reservatione

De Guardia- no S. Bonaventurae.

torii unicuique ex Conventibus praefatis in Guardianum respective, praeficeretur, necnon ulterius idem Guardianus Director folium quoddam nomina Religiosorum praeter ceteris omnibus dictorum Conventuum Officialium aptiorum, ac in eis de familia respective collocandorum continens dicto Diffinitorio similiter exhiberet: folium vero huiusmodi a memorato Diffinitorio approbaretur, ac subinde a pro tempore existente Ministro Provinciali Provinciae supradictae subscriptum ipsi Guardiani Directori, ad hoc ut ab eo executioni demandari posset, restitueretur: Mos huiusmodi plurium annorum spatio ob plenam, quam idem Guardianus Director de suis Subditis, eorumque qualitatibus notitiam habet, cum maxima Religiosorum secessus huiusmodi pace, & tranquillitate servatus fuerat. Et in eadem expositione subiuncto, quod iisdem Guardianis, & Discreti verebantur ne progressu temporis probatum hunc morem in Divini servitii, ac religiose quietis perniciem variari, seu mutari contingeret; ac proinde pro eorum parte Nobis supplicato, quatenus eundem morem de cetero ab iis, ad quos spectat, & pro tempore spectasset, inviolabiliter servari mandarem: Nos ejusmodi gratiae concessionem per rescriptum nostrum cum facultatibus necessariis remissum arbitrio dilecti filii Bonaventurae Poetri Ministri Generalis Ordinis supradicti, qui ejusdem rescripti vigore Decretum in praemissis edidit tenoris, qui sequitur, videlicet: Fr. Bonaventurae Poetrius Lector Jubilatus, totius Ordinis Fratrum Minorum S. P. N. Francisci Minister Generalis, necnon auctoritate Sanctiss. D. N. Papae XII. Commissarius Apostolicus, Servus &c.

§.1. Cum amantissimi Fratres nostri Conventus Recollectionis, seu Reccessus S. Bonaventurae de Urbe in pacifica sint consuetudine, quod Guardianus ipsorum, tamquam Director totius Recollectionis huiusmodi, solitus sit singulis Capitulis, & Congregationibus intermediis praesentare Provinciae nostrae Reformatae Romanae duos, vel tres Fratres pro dicto, sicut, & aliis ejusdem Recollectionis Conventibus, ut de eorumdem numero unus pro unoquoque Conventu dictae Recollectionis ad arbitrium Patrum Diffinitorii praeficiatur in Guardianum praefatae consuetudine tali se Fratres ab ambitione remotos sine querela in humilitate, magna pace, & edificatione conservent: Hinc est, quod Sanctiss. D. N. parentes Oraculo, quod ad hunc effectum ad Nos fuit directum, ut retroscripto Libello, & Apostolica potestatis plenitudine pro hac parte Nobis commissa utentes, hac nostra in perpetuum valitura Constitutione disponimus, mandamus, & ordinamus, ut circa memoratam consuetudinem sequentia inviolabiliter observentur. Instante in primis tempore quo supradictae praesentationes Diffinitorio sunt faciendae, quatuor, aut quinque diebus antea convocabit Guardianus Conventus Sancti Bonaventurae de Urbe omnes suos Discretos tractaturus cum illis mature super idoneis Fratrum diversorum, qui in praedictis Recollectionis, seu Reccessus Conventibus reperiuntur, & magis censentur idonei ad Guardianatum praedicti S. Bonaventurae Conventus.

§.2. Deinde quinque, vel sex de aptioribus ex illis assumptos praesentabit toti Communita-

ti, quae simul cum Discretis (qui quidem in omnibus supra, & ad infra dictis voce activa, & passiva debent gaudere, servata tamen forma nostrarum Generalium Constitutionum, & Decretorum Apostolicorum tenore) per secreta suffragia, ac ballotationes, duos, vel tres Diffinitorio praesentandos eliget, ut unus ex eis ab eodem Diffinitorio libere, & canonice in Domino in Guardianum dicti Conventus S. Bonaventurae eligi valeat. In casu autem, quo vota sint paria fiet novum scrutinium, & data paritate per duas vices, recursus habebitur ad Ministrum Generalem, vel Generalem Praelatum qui ex illis duos vel tres designabit praesentandos Capitulo, sive Congregationi, quos judicaverit in Domino existere digniores. Quo ad praesentationes vero ceterorum dictae Recollectionis Conventuum Guardianorum, Vicariorum, & Magistrorum Novitiorum fiet similiter per praefati Conventus S. Bonaventurae Discretos matura discussio, & ex illis duo, vel tres isti praesentabuntur, qui per suffragia secreta, & ballotationes Discretorum eorumdem pluralitatem reperientur habere Votorum. Si quis autem contra hanc formam a nobis de plenitudine Apostolicae auctoritatis nobis in hac parte specialiter commissa dispositam, ordinatam, & stabilitam, fuerit praesentatus, aut electus: Volumus, ut ejusmodi praesentatio, & electio invalida sit, irrita, & nullius valoris, atque ad Ministrum Generalem, vel Generalem Praelatum ejus provisio devolvatur, sicut devolvuntur electiones Capitulares non legitime celebratae. Qui quidem Minister, vel Generalis Praelatus, utendo Jure devolutivo in illo casu, & non alias continere se debet in eligendo intra numerum praesentatum a Discretis praedicti S. Bonaventurae Conventus. Circa vero distributionem Fratrum collocandorum in praedictis Recollectionis Conventibus, pro nunc decernimus, & mandamus servari consuetudinem usque modo servatam, videlicet: ut praefatus Guardianus, sive Director praesentare, & nominare possit Religiosos pro singulis Conventibus de familia collocandos Ministro Provinciali, & Diffinitorio Provinciae, qui quidem spectata discreta, & oeconomica distributione ipsam in Domino confirmabit: Ceterum omnibus Acti Conventus S. Bonaventurae Fratribus, stricte prohibemus, ne quis praevie ad praedicta per Communitatem danda suffragia, ballotationes, quascumque colligationes, & conditiones, functiones, aut quidpiam huiusmodi de negando suffragio sumentes, vel minas in Apostolicis, & Ordinis intentantes, poenitentias incurrant, aliisque Constitutionibus contentas incurrant, aliisque ad arbitrium Ministri, vel Praelati Generalis gravissimè puniantur. Romae in Conventu nostro Arac-tano die quinta Augusti 1695. = Frat. Bonaventurae Poetrius Minister Gener., & Commissarius Apostolicus = De mandato suae Patris. Reverendiss. Fr. Ludovicus de la Torre Secret. Gener. Ordinis.

§.3. Cum autem sicut Guardianus, & Discreti praefati Nobis denuo nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum huiusmodi, quo firmitus subsistat, & servetur exactius Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiri summopere desiderent: Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, Fff 2 & co.

De aliis Guardianis, & Officialibus.

De aliis Religiosis.

Preces dicti Guardiani, & suorumque Discretorum